



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK  
IN WIEN

151346-B

ALT-





**151346-B**

Digitized by Google



# Disceptatio Juridica

De

## RERUM DIVISIONE ET ACQUIRENDO EARUM DOMINIO.

*Quam post Divini Numinis Suppetias  
SVFFRAGIO ET CONSENSV NOBIL-  
lissimorum Jurisprudencia Antecessorum  
in perincluta Tubingensium Vniversitate*

DIRECTORE,

**DN. CHRISTOPHORO  
BESOLDO, Jcto. ac ANTECESSORE,  
& Serenissimi Principis Württembergici, &c.  
Consiliario, Favitore & Doctore suo calidiorē & sub-  
miliore animi cultu æternū pietē  
dēmerendo.**

*Publica & placida Disquisitioni expositam,  
pro mediocritate sua tueri conabitur.*

Ad Diem. ~~Septembris~~ 26. Martij.

**Hammonius Besserer,  
Ulmenfis.**



Typis exscribebat Theodoricus Verlin.

ANNO M. DC. XXVII

TRIGÆ VIRO RVM

*Nobilissima, Amplissima, Prudentiaq; cetera  
ctissima,*

Dn. Hanns Schad / Inclutæ Reip. Ulmenfis  
à Consilij Secretioribus & Bellicis.

Dn. DANIELI, Ejusdem  
Reip. Supremi tribunalis Adfessori  
meritissimo, Quæstoriq; Amplissimo.

Besserern von  
Thaltingen

Dn. MARCO PHILIPPO,  
Ibidem Senatoria dignitate maxime  
conspicuo.

*Dn. suis Cognatis Fautoribus & Promotoribus  
eâ quâ par est, observantiâ et atem colendis  
& observandis.*

U T E T

*VIRO Amplissimo, Prudentissimo, deq; Rep. Patria opti-  
mè merito,*

Dn. FRANCISCO RITTER, Præ-  
dictæ Reip. à Sanctioribus Consilij &  
Iudicij Superioris Adfessori, prudentissimo, Quæstori-  
que gravissimo, Domino Avo, & alteri suo Parenti  
debita reverentia, amoreque filiali nunquam non co-  
lendo & venerando.

*Disceptationem hanc Iuridicam seu debitæ obser-  
vantia arrhabonem, Studiorumq; suorum  
quale quale Symbolum.*

L M Q.

*Sistit & Commendat.*

H. Besserer A. & R.



## Disceptatio Juridica

De

# RERUM DIVISIONE ET ACQUIRENDO EARUM DOMINIO AGENS.

PARASCEVE.



*A*M multis, tamq̄ variis, iisq̄ pulcherrimis & utilissimis materiis, corpus nostrum juris Civilis est distinctum & decoratum, ut mihi instar amenissimi alicujus vireti videatur, ubi fragrantissimi variorq̄ colore, imbuti & induti flores, ubi & viridantes inq̄, quincuncem à Deo Ter. Opt. Max. aptissime digesta conspiciuntur arbores, qua unice nata & educata apparent, ut nihil non oblectentur. Quò suavius autem & jucundius ea oculos nostros afficiunt, eò difficilior apta tantarum specierum existit electio: Taliter quoq̄ res sese habet cum stoculis & materiis corpori juris nostri inspersis, qua quò pulchriores & communis vite & usui utiliores, eò magis in decentes dignaq̄, alicujus materia electione hastitamus, ita nempe inter se innata sua vel praestantia, vel praeceminentia concertant. Mihi autem cum hac vice in primis elegans & cognitione haut indigna Materia de RERUM DIVISIONE & ACQUIRENDO EARUM DOMINIO, &c. placere occaperis.

A 2

Patni



## 4 Disceptatio Juridica.

status mecum pro mediocritate mea quedam ad istam spectantia leviter & breviter per saturationem quasi colligere, & informationis publicæq; discursus gratia in presentiarum proponere, idq; in Nomine Domini nostri IESU CHRISTI, in cuius nomine ad omnia consilia omnesq; actus semper progredimur. l. 2. in princip. C. de off. præf. prætor. Afr. & l. 2. C. de vet. jur. enucl.

### ASSERTIO I.

**P**ENITUS dum vocabulum REI inspicio, deprehendo illud generale esse (a); sicut interdum etiam vocabulum pecuniæ (b), seu ut Philosophi loquuntur terminum transcendentem, & variam eius esse significationem (c), ad universa enim accommodatur non solum quæ tangi viderique possent, sed etiam quæ oculo intellectuque concipiuntur (d).

a) l. rei appellat. §. l. nominis. 6. l. 23. & l. 72. ff. de V. S.

b) l. 178. & l. 222. ff. de V. S. (c) V. Vesenb. in com. ff. h. r. in prin.

d) Nob. & Amplifs. Dn. Præses, Doctor & Patronus meus colendis. in elegantissima ista & varia eruditione refertissima dissert. de iur. & divis. rer. c. 1. n. 2.

#### E I.

Quo loco sciendum quamvis vocabulum Rei generale sit, pro subjecta tamen materia coangustari, (a) aut nempe eas potissimum res comprehendat, de quibus solent inter homines controversiæ enasci (b).

a) l. si in rem 6. ff. de Rei vind. (b) §. 1. & tit. Inst. de R. D.

#### I I I.

Vtunque autem Res in jure nostro variè derivantur, (a) summa tamen & prima in duos articulos deducitur, (b) adeo; ut quocunque divisiones alibi reperiuntur, huic nostræ quam subijciemus æqui possint, & ab eâ planè dependant. (c).

a) ut in

## de Rerum Divisione.

a) *ut in l. 1. §. 1. ff. de R. D. princ. Inst. eo princ. Inst. de reb. corp. & incorp. & passim.* (b) *arg. l. summa 3. ff. de stat. bon. princ. Inst. de iur. person. & §. omnium 1. Inst. de Act. VVesemb. in c. ff. h. t. in princ.* (c) *Kngepaur. Exercit. Inst. §. 9. 1.*

F V.

Res igituraliæ divini, aliæ sunt humani juris (a).

a) *Cassus. libr. 1. Inst. §. 1. de reb. & l. 1. ff. h. t. VVesemb. in c. ff. eo. n. 1. Amplif. Dn. Dr. Bocer, Præceptor meus honorandus; class. §. disp. 1. th. ult. Trentler. vol. 2. disp. 20. th. 1.*

V.

Vbi iterum apprime notandum Res dividi non quales naturâ suâ sunt, sed juridicè, sub hac qualitate & modo considerandi, quatenus in iis jus aliquod habemus, vel non habemus (a).

a) *Bachov. in not. ad Trent. disp. 20. vol. post lit. A p. 166*

V I.

Proinde facessere iubemus Vultel, (a) & aliorum divisiones, quas Icti à Phisicis mutuati sunt, (b) hanc nostram partim peperit jus Gentium partim Civile, & est propria juris disciplinæ. (c).

a) *in princ. Inst. h. t. n. § & libr. 1. de Fend. cap. 1. n. 1.*

b) *ut ex Senec. Epist. 58. abundè constat.* (c) *Hulliger. in Donell. annel. libr. 4. c. 1. Knges alleg. exercit. Inst. §. 9. 1.*

V I I.

Porrò quæ Divini juris sunt, ut res Sacræ, Religiosæ & Sanctæ in nullius existunt bonis (a).

a) *§. 7. & seqq. Inst. h. t. VVesemb. in c. ff. eo.*

V I E I.

Hinc pullulat quæstio, An res Sacræ & Religiosæ alienari possint, & decidimus extra casum pietatis & evidentis utilitatis, cum non sint in commercio, (a) non posse. (b).

a) *l. sed Celsus 6. & l. 34. §. 1. ff. de contrab. emt. l. inter 83. §. 5. de V. O. Dn. D. Bocer. cl. §. disp. 1. th. 47.* (b) *per l. sanctimus 21. iuncta Authent. præterea C. de SS. Eccl. & Nov. 120 c. 10.*

*can. 68. & 1. caus. 12. quæst. 2. Bachov. in nos. ad Trent. disp. 20. lit. B. vol. pester. Cunn. Ritterthuis. ad Nov. Part. 1. c. 8. n. 32. & seqq. summus olim Ictus. Dn. D. Martinus Rumelin, Præceptor desideratis. Exercit. Inst. §. th. 3. lit. E.*

## I X.

Sacræ res sunt, quæ ritè & publicè per Pontifices, (a) Deo dicatæ sunt. (b) id est, usui & cultui divino, nam propriè Deo nihil dari potest. Hodie verò in Repub. Christiana ab Antifite cujusque loci divino numini consecrantur. (c)

a) Modum huius consecrationis antiquum qui avert cognoscere, adeat Alexandr. ab Alex. libr. 6. genialium dier. c. 14. (b) §. 8. *Inst. h. t. l. in tantum 6. §. 3. & l. 9. ff eo* (c) *Nov. 67. c. 1. & Nov. 131. c. 7. V Vesenb. in n. ff. b. t. n. 2. Dn. D. Bocoy. clas. §. disput. 1. thes. 34.*

## X.

Hic lubet subjungere quæstionem magni momenti, an videl. jus Sacrorum sit commune omnibus gentibus, ut non possimus peregrinos vel vicinos, nostrorum Sacrorum participes, sese reddere satagentes, violenter vel arcere vel planè excludere, & eos non excludendos esse intrepidè assero. (a)

a) cum celebratissimo Dn. Præside, *libr. 1. pol. cap. 12. n. 2 & in alleg. dissert. de iur. & divis. rer. c. 5. n. 3. Dn. D. Gerhard, in loco de minister. quæst. 6. n. 117.*

## X I.

Eiusmodi autem res sacræ sunt primò ipsæ Ecclesiæ & Tempa quæ & Dominica vocantur: unde Germanicum nostrum *Thumb. & Thumbheri* fluxisse videtur. Huc refero quoq; Martyria, id est loca in quibus conventus peraguntur, ad martyrum memoriam celebrandam, unde etiam talia loca sancti Patres Memorias appellitarunt. (a) Item omnia loca & ædificia piis usibus destinata, donaria quoq; sive Anathemata:

ut vasa

ut vasa & vestimenta Sacra. (b) Imò & quæ tantùm ad ornatum ædium Sacrarum cultusq; divini pertinent.

a) *Cuiac. in w. C. de SS. Eccles. (b) l. sancimus 21. C. cod.*

## X I I.

Res Religiosæ sunt, quæ privatà alicuius voluntate & factò Religioni dicantur: ut cum quis mortuum infert in locum suum, (a) à Religione sic dictæ, eò quod propter corpora ibi sita, in quibus divini aliquid habitavit, veneratio quædam & merus, etiam loco debeatur. (b)

a) *l. 6. §. 3. ff. h. t. & §. 9. Instit. cod VVesemb. in w. ff. cod. n. 2. D. Boser, clas. 5. disp. 1. thes. 33. Trentl. vol. 2. disp. 20. lit. D. ibiq; Bachov. in not. suis (b) Forster, tract. de Dominio capit. 7. num. 10.*

## X I I I.

Licet verò & res Sacræ sint Religiosæ, (a) Quia cum in Sacris ob consecrationem plus religionis est, iccirco à præstantiore nomen speciale sortitæ sunt. (b)

a) *per l. 2. §. 19. ff. ne quid in loco pub. (b) Donell. lib. 4. cym. c. 1.*

## X I V.

Differunt etiam in eo Religiosæ à sacris, quod sacra in Civitate vel agro dedicari possint (a) In Urbe sepultura cadaveris humani prohibita fuit. (b)

a) *per l. 9. ff. h. t. (b) l. XII. tabb. In Urbe nè sepelito nève urito: quod postea quoque Imp. in l. 1. C. de Relig. veterunt. Hilliger in Don. euncl. lib. 4. c. 1. lit. O. vid. Revard. ad LL. 12. tabb. c. 15. & Dodecad. Rittersh. c. 3. aliosq.*

## X V.

Non levis hic potest moveri controversia: An in commune sepulchrum, etiam, invitis cæteris socijs mortuum inferre liceat; quod affirmamus, (a) In locum verò purum, non concessum est. (b)

a) §. 9. *Inst. d. R. D. l. 6. §. 4. ff. eo. Vixit enim resecundum eum usum, cuius gratia constituta est, & sic nihil obstabit. l. 28. ff. comm. di. vid. Pacius Enant. cent 1. quest. 35. Dn. Praeses sapiens alleg. Dissert. c. 5. n. 6. Hilliger. in Don. enucl. lib. 4. c. 1. lit. N. Dn. Rümelin disp. ad comm. 3. th. 6. (b) Interdum tamen etiam in locum purum absq; consensu ceterorum sociorum mortuus inferri potest. per l. 41. ff. de Relig. & sume. sumer. D. D. Bocér. cl. 5. disp. 1. th. 38. Bachov. in not. ad Treutler. disp. 20. vol. post. p. 170. Arum. exercit. Inst. 4. th. 5. Hannunus Resolut. ad Treutl. disp. 18 quest. 2. vol. post.*

## XVI.

Constat ex modo allatis quomodo locus Religiosus constituatur, consequens est dispicere quibus desinat esse Religiosus.

## XVII.

Et offerunt sese duo modi, nimirum si capiat ab hostibus, (a) Locus enim occupatione in hostium mancipium venit, & cum eo corpus sepultum. Secundo, cum reliquiarum in alium locum translatio impetratur. (b)

a) l. 36. ff. de Relig. (b) l. 44. §. 2. in fin. ff. de Relig. Donell. lib. 4. c. 1. Treutl. disp. 20. vol. 2. th. 1. lit. D.

## XVIII.

Hodiè tamen non privatis sepulchris, quale fuit Christi & Lazari, (a) coemiteriis ac dormitoriis utimur in quæ mortuos suos quilibet inferre potest. (b) Suntq; coemiteria publica hodiè apud Catholicos, non Religiosa, sed Sacra, (c) quia consecrantur, sic werden geweyhet. (d)

a) Iohan. 19. vers. 41. & cap. 11. vers. 38. (b) Donell. l. 5. c. 1. Bocér. cl. 5. disp. 1. th. 38. (c) arg. cap. ad hac, extr. de Relig. dom. (d) Dn. Praeses de iur. & D. R. c. 5. n. 5.

## XIX.

Et hactenus quidè de rebus quæ absolute juris divini sunt, actum sequuntur res quæ quodammodo, non

non verè, divini juris est, nimirum Sancta (a) Quae San-  
 ctione II. adversus hominum injurias sunt munita, sc.  
 speciali & expressa sub certâ poenâ irrogatione (b) Sic  
 eo intuitu Imperium Rom. dicitur Sanctum, Das Hei-  
 ltge Röm. Reich. (c) Et Sanctum à Sagminibus deriva-  
 ri rectè respondet Marcianus. (d)

2) §. 10. *Inst. h. s. Boccr. cl. 5. disp. 1. th. 41. Helliger. in Do-  
 nell. enucl. lib. 4. c. 1. lit. P. (b) Bachov. vol. 2. disp. 20. lit. C. (c) J.  
 Dn. Praeses d. Dissert. c. 5. n. 9. (d) in l. 2. ff. h. s. nil refragante  
 l. seq. ff. eo.*

## XX.

In numero Sanctarum rerum habentur, quibus  
 utitur Civitas ad sui tuitionem & propugnationem (a).  
 Itaq; muri, moenia, & portæ civitatum, quod illa trans-  
 gredi non liceat, (b) Leges item (c) & legati Sancti cen-  
 sentur (d).

(a) *Donell. lib. 4. c. 1. Dn. Praeses de jur. & D. R. c. 5. n. 10.*  
 (b) *l. 2. ff. ne quid in loco pub. Quod autem de portis dicitur  
 eas esse Sanctas, accipiendum est respectivè, eatenus scilicet  
 Sanctas esse, quatenus in eas præsertim occlusas aliàs nefas  
 est aliquid attentare: ceterum quatenus per eas quævis eve-  
 hantur & invehuntur, Sancta esse non videntur: Ex qua ipsa  
 ratione apud Roman. Portas Sanctas habitas non fuisse, di-  
 fertè scribit Plutarch. in Romul. & Quast. Rom. 26. Bachov. in  
 not. ad Trentl. vol. 2. disp. 20. lit. C. vid. quog. Hellig. in Don. en-  
 lib. 4. c. 1. lit. S. (c) *l. 9. §. 3. ff. h. s. (d) l. ult. ff. de legation. Casar.  
 lib. 3. de Bello Gall. V Vesenb. in Para. ff. h. s. Dn. D. Boccr. cl. 5.  
 Disp. 1. th. 40 Nobliss. Dn. D. Harppr. Præceptor aratem suspi-  
 ciendus disp. ad Instur. 9. th. 10. Du. Praeses lib. 2. polit. c. 8. num. 8.  
 Christoph. Forstner hypomnem. Polittic. 42.**

## XXI.

Rebus denique Sanctis assimilia quoque etiam  
 loca, quib. hodie Salva Guardia (der Burgfrid) est præ-  
 fixa. Et ita Aſyla, seu Civitates ad refugium constitu-  
 ta, dicuntur Sanctificari. (a)

a) *Isaia cap. 20. vers. 7. & Moys. Exod. c. 19. v. 23.*

## XXII.

Hic non negamus locum ità posse sanctificari, ut si aliquis ibi delinquat, capite puniatur, (a) sed tamen requirimus eas circumstantias, quas delicto Rhemi muros transcendentis Bartol, & Alberic. assignant (b)

a) *p. l. 9. §. 3. ff. h. t. (b) ad l. ult. ff. eo. quas vid. apud Domin. Præsidentem in Dissert. de iur. & D. R. c. 5. n. 11.*

## XXIII.

Indè si aliquis locus sanctificetur, **So an einem Dreier Burgfrid angeschlagen wùrdt** tunc non omnis ibi delinquens hoc est, aliquem vulnerans ibidem vel morte vel manus mutilatione puniri potest, nisi id factum fuerit Dolo: persona enim seu corpus humanum (utpote templum Spiritus Sancti) homo (utpote conditus ad imaginem Dei) semper dignior est loco omnibus, utcunq̃ue Sacro, vel Sanctiōne humana munito: quæ etiam olim fuit Lipsiensium sententia. (a)

a) *apud Georg. Beatum, in cent. varior. cas. sent. Saxonic. thes. 50. fol. 89.*

## XXIV.

Hoc loco silentio minimè prætereunda est ista Quæstio, An scalis admotis transcendens muros, vel alio quocunq̃ue modo eos violans, ultimo supplicio sit afficiendus, quod affirmamus, si dolo malo & hostili animo, (a) non si expediendæ salutis gratia, fecerit. (b)

a) *l. ult. ff. h. t. ibi cum hostile sit, l. 3. §. in bello, ff. de re. milit. V. Vesenb. in Parat. ff. de R. D. in fin. Bocer cl. 5. Diss. 1. th. 42. Du. D. Harpprecht ad §. 10. n. 5. Inst. h. t. Donck. libr. 4. c. 1. in fin. Rümetin exerc. Inst. 5. th. 3. lit. G. (b) p. l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.*

## XXV.

Idem quoq̃; haut temerè de muris municipiorum adstrui posse censemus (a) Quamvis hæc sententia plerisque Dd. displiceat (b).

a) Quia xquè sancti sunt, l. 8. ff. b. t. eosq; nec deficere sine Principis vel Præsidis autoritate, neque aliquid eis confurgere, vel supponere licet, l. 9. §. *muros*. ff. d. t. D. D. *Harp.* ad d. 8. 10. n. 4. *Inst. b. t. Gædd.* ad l. 5. n. 17. ff. de V. S. *Hunn. var. Resol. lib. 2. tract. 1. quæst. 11. Hænon. disp. ad Inst. 4. controv. 5. Steinhaus. in Paratit. ff. de R. D. n. 5. (b) Bartol. Coras. ad d. l. ult. Angel. Bronhorst. cent. 1. misc. controv. ass. 6. Bachov. in not. ad Trentl. disp. 20. p. 169. vol. post. Mynsing. Schneidvv. *Vultes.* alijsque quam plurimi.*

## XXVI.

Expositis hoc modo rebus, quæ divini juris sunt, ordo a. vellicat ut parili quoq; serie res quæ sunt humani juris delineemus. Humani a. juris quæ sunt, plærunq; alicujus in bonis sunt, & ad homines pertinet (a)

a) l. 1. in pr. ff. b. t. *VVesemb. in Paratit. ff. eo. n. 3.*

## XXVII.

Res a. humanæ aut publicæ sunt aut privatæ. (a)

a) d. l. 1. ff. b. t. *Steinh. in Parat. ff. eo. n. 6. Donell. lib. 4. c. 2. Trentl. vol. 2. disp. 20. th. 1.*

## XXVIII.

Publicæ rursus vel jure naturali communes sunt omnium hominum: eoq; nullius in bonis esse creduntur: vel jure G. aut civili, eoq; Imp. & Pop. Rom. sunt. (a)

a) *VVesemb. in Parat. ff. b. t. n. 3.*

## XXIX.

Prioris generis sunt Aer, aqua profluens, mare (a) & littora maris (b)

a) l. 2. ff. b. t. *Althuf. in Dicoelog. lib. 1. c. 21. n. 4. Pulcrè Plaut. in *Asinar. act. 1. sc. 3. Diem, Aquam, Solem, Lunam, Noctem, hæc argento non emo: (b) Quia littora sunt velut pars & accessorium maris Heig. b. t. n. 11. & 12. Accessorium autem sequitur naturam principalis, l. 2. ff. de pecul. leg. l. 17. 8. ff. de R. l. c. accessor. 42. eo. in 6. Ratio cur ista omnia jure Nat. seu Gent. communia sint est, quia ab initio omnium gentium consensu tacite hæc res relicte sunt liberæ & communes, cum occupatio**

B 2 fieret



feret exterar. & dominia distinguerentur. *Curr. Rittersb. in Comment. ad §. & quid Instit. h. t.*

## XXX.

Licet autem aer eiusque usus ita communis sit, ut à nullo in totum occupari queat (a) quapropter etiam ubi vis licet aucupari & aedes in sublime tollere (b) & hinc si aliquis alium aere uti prohibuerit actione injuriar. tenetur: (c) nihilominus tamen, hunc aeris communem usum Imperium moderatur, ad eò, ut is qui in infecto loco stetit prohiberi possit, nè ad nos migret, ibique salubri aere fruatur (d)

a) *Bald. in l. item lapilli ff. h. t. (b) Hocom. ad §. 1. Inst. eo. (a) l. 13. §. fin. ff. de Injur. (d) Dn. Praeses Diss. de iur. & D. R. c. 1. num. 5.*

## XXXI.

Eum qui foetore aliquo locum reddit pestilentem, adeoque aerem corrumpit & inficit, interdicto, ne quidem in locis publ. teneri, nullus dubito. (a)

a) *l. 2. §. 29. ubi gloss. ff. ne quid in loc. pub. Dn. D. Harprecht. ad §. 1. n. 3. Inst. h. t. Martb. Stephani cens. 2. quest. 2. Rümölin. Exercit. Institut. 5. thes. 3. lit. A.*

## XXXII.

Cum mare littusque maris etiam communia sint, idè jure Nat. Gentiumque omnibus vacant, (a) quapropter jure Genrium naves appellere ad quamlibet terram quimus. Indeque barbarus ille mos, vigore cuius naufragium passi, bona vel libertatem amittunt, meritò improbarur. (b)

a) *per l. 5. ff. de contrab. empt. (b) W. S. D. art. pen. des. gleichen Reichsabschib/ de An. 1759. Imper. Frideric. 11. in Auth. Navig. C. de Furt. Gail. libr. 1. obs. 18. n. 6. Dn. Praeses, dissert. de iur. & D. R. c. 1. n. 7. Bodin. de Rep. libr. 1. c. 10. Sixtin. de Regul. libr. 2. c. 3. n. 95. Carpzov apud Arum. vol. 3. disc. 15. th. 57.*

## XXXIII.

Res autem haec communes publicas, Reipubl. aut Regis esse, quoad Imperium, nullus inficias ibit.

Nec impedit rem unam eandemq; ratione usus & Domini communitem ratione Imperij & Jurisdictionis Reipublic. esse. (a)

a) *Dn. D. Harprecht. ad §. 1. n. 9. Inst. l. Dn. Praeses differe de iur. & divis. R. cap. 1. num. 8.*

## X X X I V.

Fiunt item res communes, publicæ interdum, ita in specie dictæ, hoc est, populo, vel Reipubl. illarum dominium acquiritur, etiam quoad proprietatem, sic maris Adriatici Dominos se venditant Veneti, & in signum illius Domini quotannis mare sibi annulo desponsant, (a) sic & Daniæ Rex Imperium maris Baltici jactitat. (b)

a) Qua solennitate illud peragatur & unde manaverit ista consuetudo videre est in Mercur. Ital. Johan. Henrici à Pflaumern in descript. Venet. p. 25. (b) *Dn. Praeses. d. diff. c. 1. n. 9. & politic. libr. 1. cap. 12. num. 2.*

## X X X V.

Res ita in specie publicæ dictæ sunt, quæ respectu non omnium hominum, sed tantum alicuius gentis vel populi publicæ censentur, quæ propriè publicæ, quasi populicæ dicuntur, vel urbis unius. (a)

a) *Dn. Praeses, alleg. diff. c. 2. n. 1. in pr. Donell, libr. 4. c. 3. Treutl. vol. 2. disput. 20. lit. G.*

## X X X V I.

Cuiusmodi sunt flumina (a) portus (b) jus piscandi, navigandi, usus riparum (c) tum etiam alveus fluminis. (d)

a) *§. flumina autem Inst. h. s. l. 4. in fin. ff. eo (b) d. l. 4. §. 1. ff. eo quia fluminis pars est, l. 59. ff. de P. S. (c) §. 4. Inst. h. e. l. pen. §. 1. ff. de A. R. D. l. 3. ff. de flum. (d) §. 23. Inst. de R. D. l. 1. §. in sola ff. de flum. Donell, libr. 4. c. 3. Dn. D. Boccer, clas. 5. disp. 1. thes. 28. Althua. Dicoolog. libr. 1. cap. 21. num. 25.*

## X X X V I I.

Occasione huius assertionis quæritur, an liceat aquam ex flumine publico ducere, nos affirmantibus subscribimus. (a)

a) *per l. 10. §. ult. ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. 2. ff. de flum. Dn. D. Harprecht. ad § flumina n. 6. Inst. h. t. Donell. lib. 4. cap. 30. Capolla de servitut. rustic. præd. cap. 4. num. 32.*

## X X X V I I I.

Disquiri quoq; solet, num liceat alicui in flumine publico non navigabili molindinum extruere, etiamsi alius, molitor in vicinia vetus molindinum habeat, eiq; damnum inde, hoc est, lucri intertrimentum afferatur, *Daß es sÿhme an den Kunden schaden bringet/ quod si non fiat ad vicini æmulationem, pariter assertumimus.* (a)

a) *per l. 24. §. ult. vers. neq; enim l. Proculus. 26. vers. quamvis ff. de dam. inf. Salicet. Cyn. & Castrenus. in l. 7. C. de serv. VV. senb consil. 34. n. 15. & seqq. & consil. 67. n. 11. Schneiduv. h. t. n. 13. & seqq. DBocer de Regal. cap. 2. n. 165. & seqq. Gaul. libr. 2. Obs. 69. n. 27. Dn. D. Harprecht, ad §. 2. & 3. n. 11 & 12. Inst. h. t. Hoen. disputat. ad Institut. 4. controuv. 3. Paul. Berens, disputat. ad Institut. 2. them. 4. quæstion. 6.*

## X I I.

Nec minus in elegantis quæstionis est, utrum concessum sit ad flumen aggerem facere, (*Wasserschlaßten* vulgo appellamus) contra inundationes, agri vel prædii sui muniendi causa, etiam cum incommodo vicinorum: *Wann man einen Bug auff die Angränzende Gütter in das Wasser machen thuet/ nos aientibus ad stipulamur.* (a)

a) *per l. 2. §. 9. ff. de aq. pluv. & l. 1. §. sed etsi 7. ne quid in flum. pub. Dn. Preses sapissime alleg. disp. cap. 2. n. 3. Rauchbar. libr. 2. quæst. 27. Noe Meurer von Wasserrecht / part. 5. quæst. 12. Dn. Hiller, disputat. inaugural. de Eviction. coroll. 1.*

Sed ut

## X L.

Sed ut ad res nostras revertamur, sciendum numerum rerum publicarum amplificare quoq; vias publicas, quæ æq; ac flumina in Imperantium sunt potestate cura & protectione atq; inde ad Regalia refertur jus viæ publicæ. (a)

a) *Obrecht. disp. de Regalib. th. 277. Rosenthal. de Feud. cap. 5. concl. 20. Sixtin. de Regal. libr. 2. cap. 2. num. 9.*

## X L I.

Iure nostro Civili, Basilicæ, hoc est Regiæ, Prætoriæ item Consulares & Militares indigetantur, (a) Nunc officine *Strassen* vel *Landstrassen*/ Item *Kaiserliche Strepe Hert/oder des H. Röm. Reichs Strassen od Bahnen.* (b)

a) *l. 2. §. viar. ff. ne quid in loco publico. l. fin. ff. de itin. publ. (b) Dn. Preses de Disf. c. 2. n. 9. Carpzov. apud Arum. vol. 3. disf. 15 th. 49.*

## X L I I.

Hic non incommodè proponi posse videtur ista Quæstio, An quis per publicam viam, exercitum ducere jure prohibeatur. Quod quidē adfirmandum videtur, (a) contrarium autem adprobat, tum communis Dd. traditio, (b) tum Sanctio quoque Imperialis, (c) quâ & nos acquiescemus, (d)

a) *per l. 3. de A.R.D. §. ferre, vers planè Inst. h. t. (b) Bare in l. 1. n. 4. C. de pagan Angel. in l. si venditor. §. si constat ff. commo- prador. (c) quæ jubet præstita cautione, & turmatim exercitus per alienum territorium transire (d) Amplif. Dn. Preses. disf. a Reg. c. 2. n. 10.*

## X L I I I.

Res quæ respectu unius urbis vel communitatis publicæ sunt, Res universitatis dici solent, quæ in universum ad certam aliquam civitatem pertinent, non pro parte ad singulos cives: ità tn. ut singulor. usibus inserviant, (a) Et quod de Civitate dicitur: exaudiri quoque debet de vicis & pagis. (b)

a) §. universis. 6. *Inst. de R. D. l. 6. §. 1. ff. eod. l. 122. ff. de leg. 1. l. 2. & l. 7. §. 1. ff. quod cuiusq; universis. nom. Bocer cl. 5. disp. 1. th. 30. Dn. D. Harper. ad d. 5. 6. Inst. h. r. n. 2. (b) arg. l. si heres. 73. §. 1. ubi gloss. ff. de legat. 1. Dn. D. Bocer modo alleg. cl. 5. disp. 1. th. 31.*

XLIV.

Tales autem res sunt Theatra, stadia, plateæ, forum, pascua, & si quæ alia in super communia Civitatum existunt. (a)

a) §. 6. *Inst. h. r. Thalos lib. 1. de Rep. c. 1. n. 13. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 6. Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 1. lit. H. VVesenb. in Para. ff. h. r. 1. vide omnino Althus in Dicaolog. lib. 1. c. 21. n. 34. ubi longa serie hæc res enarrat. Vide Vermulzum *Inst. polit. lib. 1. capit. 4.**

XLV.

Et talis quoq; res Romæ fuit Campus Martius, (a) Basilicæ quoq; publicæ, &c. (b) Cumq; eiusmodi res requirantur ad constituendam rectam universitatem; ideo non solum Civitas Rom. sed & municipia habent. (c)

a) l. 6. in princ. ff. de contrab. emt. (b) l. 83. §. 5. ff. de V. O. (c) *Hilliger in don. en. lib. 4. c. 4. lit. A.*

XLVI.

Quia autem hæc res jure Domini spectant ad Civitates aliasq; consimiles Universitates, sequitur, male eos principes agere, qui prædia Civitatum & Oppidorum, aut etiam pagorum (vulgò *Almanden q. Alten Mannen gehöriq; gemeine Weyden/ Hölzer/ Wäld/ ic.* Camera suæ adpropriare annuntur. (a)

a) *Thom. Michael disp. de iurisact. th. 61.*

XLVII.

Ex hisce rebus Universitaris quædam sunt in patrimonio quidem Reip. Sed non Civium usu, (a) seu, quæ usu & proprietate in univerforum non singulorum Civium patrimonio sunt, Eiusmodi res vocantur bona Reipubl. (b)

a) *Paul. Busius disp. pol. 12. th. 26. (b) l. 15. & l. 17. de V. S.*

## XLVIII.

Huius generis sunt res fisci, quæ non tam in principis, quàm principatus patrimonio sunt, vulgò *Cammergüeter*. Alia n. Cæsaris sunt, seu in Principis cuiusdam patrimonio existunt privato; non quatenus est Princeps, sed quatenus est Arcadius, Ferd. &c. (a)

a) *l. cum servum 39. §. ult. ff. de legat. l. 3. C. de quadr. prescr.*

## XLIX.

Alteram speciem rerum privatarum quæ non ad singulos spectant constituere videntur, Res illæ, quæ in publico Reip. Dominio sunt ut redditus, pensiones, pecunia ærarij *Gemeiner Landtschafft Einkommen* (a) aut oppidi alicuius singularis propria existunt. *Einige Statt sonderbahre Güeter*. Item bona Collegiorum, Academiarum, &c. (b)

a) *l. si ager. l. 5. ff. de pub. & vectigal. (b) Nobil. Dn. Preses de l. & D. R. c. 4. n. 1.*

## L.

Tandem res quædam merè privata, seu singulorum sunt: quarum possessio, usus & dominium, aut Principis est ut privati (v. sup. th. 48.) aut verò subditorum ut singulorum seu privatorum, & ex varijs causis cuiq; adquiruntur. (a)

a) *t. t. ff. de A. R. D. & t. t. Inst. h. t. VVesenbee. in w. ff. cod. na. 3. in fin. don. lib. 4. c. 5.*

## LI.

Iniquâ autem & plus quàm tyrannicâ opinione fascinati sunt isti, qui non erubescunt adferere omnia esse Imperatoris, aut supremi Principis, huncq; ex plenitudine potestatis civibus res suas, sive earum Dominium pro lubitu auferre, & ad se rapere posse (a) Quorum sententia ad eò non est ad nostrum gustum, ut eam potius ad Garamanthas vel extremas Gades usq; relegendam censeamus. (b)

a) per l 9. ff. ad l. Rhod. de iact. l. ult. C. de quadr. proscript. ibiq; Bald. & Dd. multosq; consimiles juris textus, Angel. in l. 15. ff. de Rei vind. Bald. in l. fin. sentent. rescind. non poss. & Consil. 214. in fin. lib. 2. Paul. de Castr. Co. fil. 178. col. 2. & Consil. 180. lib. 1. alijque ferè innumeri (b) l. venditor. 13 ff. com. prodoio. Hotom. quest. ill. 1. Dn D. Harpr. ad Princ. Inst. h t n. 94 & seq. Dn. Præses. 1. polit. c. 2. n. 46. Bronch. enant. cent. 2. as. 63. & miscell. controvers. cent. 1. as. 1. Dn. Bocer de Investit. c. 3. n. 74. Freber. ad Petr. de Andlo fol. 187. Kekerm. disp. pract. 34. quest. 7. ad fin. Hic non possum non dictum memoriz templū dicandum, & ab Hadriano laudatissimo Imperat. profectum, recensere, qui de Dione & Spartiano dixisse fertur: se sic gesturum principatum, ut sciret rem populi esse non suam. Orto de jure publico cap. 1. in proleg.

## L I I.

Et sic pro instituti ratione de Rebus dixisse, easq; dividisse sufficiat, reliquum est indagare modos quibus earum nobis acquiratur Dominium, sed solum de jure Nat. & Gent. Modos enim de jure Civili proditos adnectere, partim nimis operosum & laboriosum esset, partim etiam verendum ne præsens Disputatio tantâ rerum & materiarum mole gravata, nomen suum amissura esset.

## L I I I.

Nè verò methodi negligentur leges, cognitioni modorum acquirendi Dominium, Domini definitionem meritò præmittimus (a) Dominium itaq; omnis ipsius divisionibus & subdivisionibus, definimus, quod sit jus (b) de re corporali plenè ac liberè disponendi, nisi quid lege prohibeatur. (c) vel, est jus re corporali utendi fruendi suo arbitrato, imò etiam ab utendi (d) atque alienandi atque vindicandi quatenus jure Civ. permissum est. (e)

a) Omnis enim quæ de re aliqua suscipitur tractatio à definitione debet incipere, ut intelligatur, quid sit id, de quo di-

quo disputatur, *Cic. lib. 1. offic. & lib. 2. de Finib. Mysing, adpr. Inst. de Inst. & Jur Kirchn. de legat. lib. 1. c. 1. n. 1. Bald in proem. feud. n. 8. (b) Duar. lib. 1. disp. c. 17. (c) arg. l. 21. C. mand. l. 2. ff. si à par. quis manum. sit l. 7. C. de Relig. (d) Non tamen Domino licet re suâ malè uti eamque perdere, s. sed h. temp. Inst. de his qui sui vel al. Ita etiam in Incluto hoc Ducatu Württemb. Statutum extat, nè inscio Principe, subufuris mutud accipiant pecuniam subditi, Fürstl. Württemberg. Landsord. fol. 20 & seq. (e) Rittersh. ad §. singul. 11. Inst. h. t. VVesenb. n. 10. ff. de A. R. D n. 5.*

## L I V.

Quærerere hic lubet, An liceat habere propria bona: num verò præstet, communia esse omnia. Nos contra Anabaptistas Platonem (a) & sequaces prius propugnabimus, (b)

a) *v. lib. 5. de Legib. & Princ. Timoci. (b) Ampl. Domin. Praeses. diss. de iur. & div. rer. c. 4. n. 5. & seqq. Dn. D. Cunr. Dieterich. in Instit. suis Catechet. de Domin. distinct. in princ. Dn. D. Harppr. ad princ. Inst h t. n. 54. & seqq. Hunnius var. Resol. lib. 2. tr. 1. quest. 1. Reinh. König. in theat polst. lib. 1. c. 1. n. 46. & seqq. Aristor. lib. 2. de Rep. c. 1. & 2.*

## L V.

Modi adquirendi rerum Dominium vel juris Gentium sunt, de quibus tantum hac vice agere constituimus, vel juris Civilis (a)

a) *§. 11. Inst. h. t. vers. quarundam. l. 1. ff. de A. R. D. Domin D. Bocer. cl. §. disp. 3. th. 4. VVesenb. in Parat. ff. de A. R. D. n. 5.*

## L V I.

Hi tamen modi acquirèndi de jure G. adè infiniti & confusè proditi sunt, ut eorum nec numerus nec ratio constet (a) Quidam eos ad certa genera revocant, suas cuique species subjungentes: nos vestigiis Imp. Justiniani insistentes, eo ordine quo ab ipso in Institutionibus suis expositi, perstringemus. (b)

a) *Do. ek. lib. 4. c. 7. (b) t. t. Inst. D. R. D.*



## L VII.

Constitutimus igitur primum & Antiquissimum de jure Gentium modum occupationem in specie sic dictam sive venationem. (a)

a) *Qua omnia animalia quæ mari, cœlo & terra nascuntur, & quæ liberè hinc inde vagantur, capientium sunt. Quod enim nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, §. 12. Inst. h. t. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de A. R. D. Quod etiam Virg. lib. 1. Georg. innuere videtur, sic canens:*

Tum laqueis captare feras & fallere visco,

Inventum: & magnos canibus circumdare saltus.

## L VIII.

Cumque circa materiam de venatione tam elegantes utilesque passim occurrant quæstiones, haut abs re nos facturos constituimus, si earum aliquos præsentium Dissertationi interspergamus (a)

a) *arg. sor. qua bene dicit. Ampl. Dn. D. Harpr. ad §. 12. Inst. h. t. n. 7. & arg. l. 25. ff. de liberr. leg.*

## L IX.

Primò autem omnium obviam sese fert ista quæstio, An videlicet venatio licita sit & honesta, adeoque etiam principe ac nobili Viro apprimè digna? Nobis affirmativa arridet. (a)

a) *per l. un. D de ven. fer. l. 1. & l. 2. ff. de A. R. D. ibique Duar. Cic. l. 1. offic. Plato 7. de ll. in fin. Tiraquell. de nob. Gail. 2. obs. 67. n. 1. Seb. Medic. tract. de ven. p. 2. quæst. 42. Scipio Amurat. super Tacit. disc. l. lib. 2. Neuvvenhan apud Arum. vol. 3. disc. 19. th. 15. König in theat. polit. c. 23. part. 2.*

## L X.

Porro venationem subditis à princip. jure interdicitam esse æque asserimus, (a) non solum ob constitutionē Frid. Imp. (b) sed etiam ob rationes maximi ponderis, quas varias varij recensent, nobis instar omnium esto quæ constit. Ludov. ducis Würtemb. de Ann. 1583. inserta est (c) tum propter interpositam

prohibitionem atq; subsequutam subditorum patientiam per tempus longissimum jure occupationis & præscriptionis. (d)

a) *arg. l. c. 27. v. 6. & c. 28. v. 14. arg. l. fin. C. ff. contra in. vel util. public. rescript. l. rescript. C. de proem. Imper. off. Dn. Lucas Oskander. super lob. cap. 24. Dn. Praeses, tractat. de Maiest. cap. 6. n. 9. V. Vesenbec. in Parat. ff. de A. R. D. num. 7. Roe Meurer / pag. 2. tit. obelne Obrigkeit ihren Underthanen das Werdwerck nemmen / ic. das aber gemeinglich / ic. & seqq. fol. 37. d. t. Treuil. vol. 2. disp. 10. th. 3. ibiq; Bachovius lit. A. Hilliger. in Donell. num. 4. c. 8. lit. F. Hænon disp. ad Inst. 4. th. 6. Vngesp. Exe. c. Inst. 5. quæst. 4. in neg. p. 213. & seqq. Fachin. libr. 1. contr. 1. Bronchorst. cent. 2. af. 76. Forster. disp. Inst. 6. th. 9. (b) libr. 2. Feud. tit. 27. §. 5. vers. nemo retia, (c) ibi: So bald sie sich dem Wildpretschessen ergeben / werden sie Werckloß vnd Faulsenkerl verthun / schwälgen / verderben Weib vnd Kinder / ic. (c) Dn. D. Bocer. cl. 5. disp. 3. th. 18. Prukman. de Reg. c. 4. per tot. Arnis. de iur. Maiest. libr. 3. c. 4. n. 9. Eo quod omnis Vucapio usucapienti dominium tribuat, princ. Inst. de Vuc. l. 20. ff. ex quibus causis maior. Quantò magis immemorialis præscriptio, arg. c. 26. §. prater ea extr. de V. S. l. 35. ff. de aq. quot. & asrv. & arg. N. A. zu Augsp. de Anno 1584. §. Wann auch ein Aufgezogener / in verbis. vñ dargegen wider ihn nicht darbracht werden möcht / ic.*

## L X I.

Huc quoq; quadrat quæstio, an Princeps von wegen seiner Forstlichen Obrigkeit mit denen er in seinem Landt gefessenen von Adel das Mittsagen habet Concludimus affirmativè. (a)

a) *Quia Principes Imperii à Sacr. Cæsar. Majest. cum jure foresti omnimodaq; venatione, mit aller Forstlichen Obrigkeit Wildbahnen / Jagten vñnd Jagens Berechtiget / ic. per alienos & sic nobilium agros investiri soleant, Montan. de Feud. lib. 2. c. 2. §. quancocung, autem Princeps.*

## L X I I.

Quæstionis non supervacaneæ est; An concedens potestatem insectandi & capiendi majores feras, puta cervos, apros, &c. ) vulgo das hohe Roth vnd Schwarze oder

se oder Grobe Wildt / ) intelligatur etiam tribuisse facultatem capiendi feras minores (das kleine Wildpret) Et non immeritò negativam in praxi servari arbitramur. (a)

a) Nam modus uti servitutis, ità & venationis concessioni adiectus exactissimè, strictissimèque servari debet, nec eum excedere licet, *l. 13. ff. de servit. prad. rust. l. 7. ff. quemadmod. servitut. amit.* Cum igitur in hac concessionis specie modus sit appositus, ut videlicet liceat maiores capere feras, non poterit is cui facta est concessio, hunc modum transilire adeoque minoris generis feras capere, *arg. l. 5. ff. mandati. Cl. Dn. D. Harpr. ad §. 12. Inst. h. t. n. 239. & seqq.*

## L X I I I.

Vtiterius quæritur an venatione Jagtgerechtigkeit simpliciter & indefinitè concessa maior etiam ferarum captura concessa sit, quod omninò putamus. (a)

a) Generaliter enim dicta, generaliter etiam sunt accipienda, *l. 1. §. generaliter, ff. de leg. prest. præsertim in beneficijs principum, l. pen. ff. de constit. princ. c. cum dilecti & extra. de donat. Covar. libr. 1. var. Resol. c. 13. n. 1. & seqq. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 18. num. 48.*

## L X I V.

Hoc etiam dubio non caret, an is qui jus habet, zu sagen auch zu schiessen jemand anstellen mög. Quod quidem prima fronte affirmandum videtur (a) nos tamen tutius negamus. (b)

c) Videtur enim dicendo concessa venatione, omnia media, quæ ad illam idonea essent licita censeri; *arg. cor. qua habet. Castr. in l. imperium n. 3. ff. de iurisdictione omnium indic. per. l. 3. §. si quis. ff. de rivis.* (b) Quia fera ex sonitu Sclopetorum disturbantur, ac in fugam cõversæ sua iustra relinquunt unde nihil frequentius, quam ut Principes in concessionibus venationum ex gratia profectis, in Gnaden vnd R. vers. sagen / das Anstellen vnd Schiessen auff den Högern aufdingen vnd v. bieten. *VVehner. pract. obs. ve bo Forstrecht / pag. 1. 6. vide. Dn. D. Harpr. ad §. 12. Inst. h. t. n. 234. n. 1. 3. & seqq.*

Illud quoq; haud ignorandum inter venationem seu jus venandi, & inter forestam seu jus foresti vel forestæ discrimen esse. Venatio enim in vernaculâ linguâ **Wildbann** oder **Wildbanns** **Gerechtigkeit**. Foresta vero **Forst** oder **Forst**; **echt** / Item **Forstliche** **Gerechtigkeit** dicitur. (a)

a) *Clariss. Dn. D. Harpr. ad §. 12. Inst. h. r. n. 263.*

## LXVI.

Secundò venatio est facultas investigandi, persequendi, capiendiq; feras. At jus foresti alia etiam plurima jura quæ magni sunt momenti in se comprehendit. Ius videlicet præcipiendi & prohibendi de rebus ad venationem pertinentibus, **Forstliche** **Gebott** vnd **Verbott** an, **ulegen** / jus saltuarios (**Forstmeister** vnd **Forstknecht**) constituendi, die **Frohndienste** / ohne welche die **Jagien** nicht können verricht werden / als **Pferde** vnd **Hauptfroh** / auch **Dienste** zu **fortsicherung** der **Jag** **hunde** / **Zeugs** vnd **Nezgarn** / **Forsts** vnd **Hundhaben** / **achtung** auff die **Güettern** / **Jägerzehrung** / die **Banren** vnd **Schäfferhunde** mit **Räuten** vnd **Brügeln** zubelegen vnd daß die in dem **Zirk** der **Forstlichen** **Gerechtigkeit** / gefessene **vnderthanen** zum **jagen** zubeiffen vnd zu dienen **schuldig** seyn / quod tamen hætenus mitigatur, daß **ausserhalb** **Ernd** / **Herbst** vnd **Secenszeit** / da **richtige** **obligende** **Geschäfte** vorhanden / solches den **Vnderthanen** gebühre. (a)

a) *Gyland. lib. 1. decis. 12. n. 24. Gail. 2. obs. 48. Minigins de superior. territor. c. 6. n. 78.*

## LXVII.

Præterea differentia inter jus forestale & bannû sylvestrum seu ferinum ex eo quoq; patescit: quod in aulis Principum officia des **Jägermeisters** vnd **Forstmeisters** distincta sint. Diversitas ergò officiorum, arguit etiam diversitatem rei. (a)

a) *l. lege obvenire ff. de V. S. Dn. D. Harpr. ad d. §. 12. Inst. h. t. n. 264. VVehner pr. obs. de verbo Forstrechts, p. mshs 158. Bidenbach in suis not. quest. quest. 15. num. 5.*

**LXVIII.**

An subditi teneantur ad educationem canum venaticorum aut restitutionem amissorum vel læsorum, valdè ambigitur. (a)

a) *v. VVehner pr. obs. d. loco. p. m. 158. ubi negat hoc ex Gylando.*

**LXIX.**

De pœnâ quâ contrà mandata principum feras capientes affici debeant, acris inter Dd. est concertatio, nos sub fœdere distinctionis hanc controversiam decidendam remur. (a)

a) *Dn. D. Bocer cl. 5. disp. 3. th. 30. Dn. Harpr. ad d. §. 12. Inst. h. t. n. 256. & part. 1. disp. 10. th. 31. Hoenon. disp. ad Inst. 4. Controv. 6. Fachin. controv. 1. c. 1. vide quoque Constit. VVürtt. in art. 3. Welcher fürhîn / eines / zwey oder drey Stück Wildpretis / ic. & artic. 9. Solte dann einer. Item art. 10. Würde aber ein Wilderer / der hievor Wildpredis schliessens oder eines andern Forstverbrechens / ic. Nihil hic obstant quæ dicit Dn. Bachoy. in not. ad Tr. vol. 2. disp. 20. th. 3. lit. A. & Schneidv. ad d. §. 12. n. 10. Commititur enim ibi Elenchus causæ, Otto Wiest von Bodenhausen apud Arum. vol. 4. disc. 37. th. 21. Neuvvenhan. apud eund. vol. 3. disc. 19. th. 206 & seq.*

**LXX.**

Postremò tenendum quoq; Venationem amitti si quis dominio eam cesserit, (a) non tamen si extraneo, cum venatio proprium jus nec jus personale sit (b) Item qui contrà modum, tempus & pacta venandi jus exercuit eo privatur. (c) aut si is, qui jus habet venandi, subditis illorumq; frugibus damnum dederit, per nimiam ferarum cõpiam, earumq; intempestivam capturam. (d) Nec minus is isto iure exui solet, qui ob grave aliquod delictum ab Imperio proscrip-tus est. (e)

a) *arg. § 3. Inst. de usufr. & l. 66. ff. de iur. dot. (b) Gail. lib. 2. obs. 66. n. 1. (c) l. 10. §. 1. l. 18. in pr. ff. quemad. serv. amitt. Beneficium enim qui ab utitur etiam privari debet. arg. X. A. de An. 1570 §. damit solch ebermässig / & duob. 55. seqq. Item §. vnd was jeho / Gail. de Arrest. c. 10 n. 13. Matth. Stephani de Iurisd. lib. 1. c. 39. n. 9. (d) arg. l. 2. ff. qui sui vel al. iur. l. ult. §. 2. C. de sentent. pass. Curr. iun. in tr. feud. part. 6 n. 7. (e) Cammer Ord. part. 2. titul 9. So jemandt vers. So bald auch der. Ibi: Es solten desß ob derselben zeit vnd Offteter allermänniglich erlaube sent. vnd Niemandt daran freylen oder verhandlen können oder mögen / it. v. Mynsng. cent. 5. obs. 78. n. 3. Dn. D. Harp. ad sapius alleg. §. 12. n. 337. & seqq.*

## LXXI.

Dictum fuit quomodo venatio amittatur, superest cognoscere quomodo omittatur: omittitur autem si quis longissimo tempore non fuerit venatus, (a) instar reliquorum jurium (b) secus si venari non poterit, ut puta ob ferarum & instrumentorum venatoriorum defectum, sylvarumq; violentiam & injustam occupationem (c)

a) *l. 16. C. de usufr. l. 7. quemad. serv. amitt. fac. li. 1. ff. de mund. Vvesenb. in parat. ff. de S. P. R. n. 6. (b) l. 3 C. de prasc. 30. vel. 40. ann. (c) arg. l. 34. §. 1. cum l. seq. ff. de S. P. R. ibiq; Gothofr. Carpzov. de Regal. apud Arum. vol. 3. dis. 15. tb. 124.*

## LXXII.

Vbi tamen requirimus ut prohibitio & patientia insequatur, extra casum autem prohibitionis insecutæq; patientiæ nullam & hic præscriptionem, ut in remeræ facultatis currere posse, extra omnem dubitationis alcam positum est. (a)

a) *gloß. in l. 6. in fin. ff. de off. pro. Stephani de Iurisd. lib. 1. c. 39. n. 16. Iason. in l. beneficium. n. 66. ff. de constit. princip. Scharff. cent. 3. consil. 1. n. 21.*

## LXXIII.

Alter occupationis modus est Captivitas Hostium, sive spolia hostibus detracta, sive præda hostilis, (a)

D in iusto

in iusto tamen & legitimo bello ritē denunciato facta (b) Et rectē hic modus sequitur proximē superiorē propter similitudinem: nam & bellum venatio quædam est, unde Aristot. (c) acquisitioni bellicæ tanquam generi subijcit venatoriam (d)

a) §. 17. *Inst. h. t. l. 5. §. ult. l. 7. in pr. l. 51. ff. de A. R. D.* (b) *Helliger. in Don. enuc. 4. c. 21. lit. A. c) lib. 1. polir. (d) Rittersh in comm. add. §. 17.* L X X I V.

Adquiruntur autem occupatione ista bellica tūm res tūm personæ (a) Res, ut res religiosa, sacra, privata, publica, mobilis sive immobilis: (b) nec inter postremas hæc distingendum censemus (c) personæ, ut liberi homines, (d) etiam de jure divino. (e)

a) *Nobiliss. Dn. Bocer. class 5. disput. 2. th. 49. (b) l. cum 36. ff. de religios. leg. 16. ff. de A. R. D. (c) Dis. Curac. ad d. §. 17. Inst. h. t. & lib. 19. obs. 7. Petr. Gregor. 20. Synt. 4. n. 5. Gædd. ad l. 3. §. 1. ff. de V. S. n. 20. Quia occupatio tantum rerum mobilium dominium adiiciat. Quod non putamus. Qui enim primum in vacua venerunt, annon jure occupationis sua fecerunt? Et annon Insula in mari nata fit occupantis, §. 2. Inst. h. t. quæ tamen immobilis. Helliger. in Don. en. lib. 4. cap. 21. lit. C. d.) l. adeo 7. ff. de A. R. D. §. pen. Institut. de iur. person. (e) Exod. 21. Levit. 25. Deut. 15. & 21. Paul. ad Ephes. c. 6.*

## L X X V.

Oportet tamen ut res eiusmodi quæ prædæ loco singulis occupantibus cedunt, durante bello capiantur. (a) Nam quæ hostibus devictis occupantur, Imperatori bellico vindicantur (b) quippe quod capitur hostibus debellatis & expulsi id non capitur amplius ex hostibus ut quod jam desiit esse hostium, & potius id dicuntur capere ex Republ. cuius potestati & imperio id totum subjugatis hostibus subjectum est. (c)

a) §. 17. *Inst. h. t. l. 5. §. ult. ff. de A. R. D. (b) c. 23. quæst. 5. c) Donell. lib. 4. c. 21. Dn. D. Bocer. tract. de bello & duello. c. 15.*

numer. 6.

*n. 6. & classe 5. disp. 3. thes. 58. Vngep. exercit. Inst. §. quæst. 5. in nego. Hunn. var. resol. libr. 2. tract. 1. quæst. 16.*

## LXXVI.

Excipitur quoq; Ager qui in jus & potestatem Ducis venit, & vel militibus pro præmio assignatur, (undè Ager Assignatus Cicer. qui Frontino Arcifinius & sic Flacc. occupatorius dicitur,) vel venditur, aut publico relinquitur. (a)

a) *l. 51. & l. 16. ff. de A. R. D. l. 36. §. simili etiam modo C. de Donat. leg. 11. ff. de Evisct.*

## LXXVII.

Quid enim si (ut Mars est communis & ἀλλοπερίουλος) populus ante victus rursus vincat, & res ab hostibus recuperet, restituentur nè bona prioribus dominis, an verò publicabuntur. Nos hoc casu distinguendum censemus inter res mobiles & res soli. Illæ in præda sunt & non redduntur dominis suis, (a) hæc verò ut agri cæteraq; prædia in prædanon sunt, sed postliminio ad priores dominos redeunt. (c)

a) *l. 28. in pr. ff. de capt. & post. l. revers. gloss. ad l. 10. in verbo ager ff. eo. & ad l. 21. in verbo captivorum. ff. de iur. fisci. Cuiac. libr. 19. obs. c. 7. (b) l. 19. §. 5. ff. de capt. & postlim. revers. c) alleg. l. 20. §. 1. ff. de i. Dn. Bocer. class. 5. disp. 3. th. ult.*

## LXXVIII.

Hactenus de captura, succedit tertius acquirendi dominij modus juris Gentium Inventio rerum littoralium. Lapilli namque & gemmæ & cætera in littore maris nata & inventa jure naturali statim inventoris fiunt. (a) Quia hæc res sunt nullius sive communes, ut ipsum littus, & ideo invenienti sive occupanti merito cedunt. (b)

a) *§. item lapilli. 18. Inst. h. t. & l. 3. ff. eo l. 1. §. 1. ff. de Acquir. vel amitt. poss. (b) §. 2. Inst. h. t.*

## LXXIX.

Sed quod supra de venatione dictum, idem de hoc quoq; modo verum est, eum magnates privatis ademtum suum tesse.



cisse, (a) unde in Prussia collectio succini, margaritorum circa litrus maris reservatur duci instar regalium. (b)

a) Heig. ad §. 18. Inst. h. t. n. 7. fol. 125. (b) d. Heig. ad §. & quidem n. 16. & 17. ad §. flumina n. 15. & 16. Inst. d. t. Cunn. Rittershus. ad sapius alleg. §. 18 Fomann. disp. Inst. Imp. 9. th. 5. lit. B.

## LXXX.

Quæ autem vel in privatis locis, vel in viis & itineribus publicis reperiuntur, inventoris non fiunt, sed pristini domini manent, imò furtum earum committit is qui non publicè proponit libellum quo significat se rem invenisse & redditurum ei qui suam esse ostenderit (a) quia omnes scire dicunt, quod non est, ad alios modis omnibus pertinere. (b)

a) l. 43. §. qui alien. & §. proinde ff. de furt. c. 14. quest. 5. Dn. D. Bocer. cl. 5. disp. 3. th. 39. Dn. Harpr. ad §. 18. Inst. h. t. n. 2. Gell. libr. 11. c. ult. Steinhaus. in w. ff. de A. R. D. p. 203. Schneid. add. §. Item lapsilli. n. 1. & 2. (b) l. ult. C unde vs. Et Demosthenes ad furem, qui se excusabat quod rem Demosthenis esse ignorasset, atqui respondit tuam non esse sciebas, Stobæus in libro *Ἐπιπέποιαι*.

## LXXXI.

Capturam seu occupationem excipit Accessio, quæ rei nostræ tanquam principali, res alia adijcitur, atq; ipsa adjec-tione nostra efficitur. (a)

a) per c. accessor. de R. l. in 6. l. 23. §. item de V. S. Dn. D. Bocer. class. 5. disp. 4. thes. 1.

## LXXXII.

Hucq; refertur foetura animalium non solum irrationalium sed rationalium (a) quicquid enim ex animalibus dominio nostro subjectis nascitur, jure Naturali vel Gentium nobis acquiritur b) Cuius hæc est ratio, quia foetus est quasi pars ventris, eamq; tanquam accessio sequitur extrâ legitimas nuptias. (c)

a) §. 4. Inst. de iur. person. Schneid. dv. ad §. item ea, h. t. n. 2. Foman. disp. ad Institut. 9. thes. 10. lit. B.

## LXXXIII.

Partus igitur Ancillæ acquiritur illi cuius est Ancilla propria. (a)

a) per text.

a) *per text. in praced. sh. alleg. Dn. Bocer. cl. 5. disp. 4. th. 3. Treut. vol. 2. disp. 20. lit. B. ibiq. Bachov. Nec dissentiunt, Donell & Hotom. male eo nomine à Treutler. insinualati, ut apud d. Bachov perspicue videre licet.*

## L X X X I V.

De partu Ancillæ hæc quoque solet moveri quæstio, an quoad dominium eius spectandum sit tempus conceptionis, an verò nativitatis? nos nativitatis tempus attendendum esse, non dubitamus, (a) nam fœtus dum adhuc in utero est, nondum est verum animal; sed tantum spes animantis. (b)

a) *l. ult. ff. de A. R. D. (b) l. 2. ff. de mort. infer. Rittershus, ad §. item ea 19, Institut. h. r.*

## L X X X V.

Alia præterea Accessionis species est Alluvio, vulgo *ein Zufuß* oder *Zueidachs*; (a) quæ est incrementum latens, quo sensim (b) aliquid solo nostro adiicitur per fluvium ut intelligi non possit, quantum quoque temporis momento adiicitur, (c) cuius ratio ut manifesta, ita & optima æquitate fundata est. (d)

a) *Schneidov. ad §. præterea Inst. h. r. n. 2. (b) Sensim, id est, ut conspectum & sensum quotidianum fallat. Nam si quid vi & impetu statim accrescit, nobis non acquiritur: nisi ea terra negligentia domini tamdiu hæserit ut coaluerit & unitatem cum mea terra fecerit, vel ipsæ etiam arbores in meum fundum radices egerint, tunc enim dominium mutatur, §. 21. Inst. h. r. l. 7. §. 2. & l. 26. §. arbor. ff. de R. D. Dn. D. Bocer, cl. 5. disp. 5. thes. 6. Bachov. ad Tr. vol. poster. disp. 20. lit. D. Hilliger. in Don. en. libr. 4. c. 27. lit. C. Nec obst. l. idem Pompon. §. 3. de R. V. (c) §. præterea Inst. h. r. l. 7. §. 1. & l. 16. l. 38. ff. de A. R. D. l. 1. C. de Alluv. Don. isbr. 4. cap. 27. Dn. D. Bocer. d. cl. 5. disp. 5. th. 4. Schneidov. ad d. §. propter. Rümelin. exerc. Inst. 5. th. 5. lit. E. (d) in l. 178. ff. de R. l. 1. 23. §. Item quacumq. ff. de R. V. leg. 27. ff. de A. R. D. Dn. D. Harpr. in comm. ad sepis. d. §. præterea, num. 3. & 4.*

## LXXXVI.

Ius autem hocce alluvionis cessat in agris limitatis (a) in lacubus item & stagnis, quæ quia terminos suos retinent, jus alluvionis non agnoscunt, (b)

a) *l. iragris, 16. ff. de A. R. D. Donell. 4. c. 27. Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 5. lit. E. sibiq. Bachov. in not. (b) l. 12. ff. de A. R. D. & leg. 24. Vicinus, §. ult. ff. de aq. & aq. plu. arc. Dn. D. Bocer, class. 5. disputat. 5. thes. 7. Harpr. ad d. §. præterea, n. 6. & Ritteshus. ad §. eund. in fin.*

## L X X X V I I.

Præterea mutatione alvei acquiritur dominium si flumen alveum suum universum relinquat, & ad aliã partem fluat. Relictus enim alveus ille acquiritur ijs qui propè ripam prædia possident, quo modo scilicet cuiusq; prædij. (a) Modo tamen longiori tempore alveum illum flumen occupatum tenuit. (b)

a) §. quod naturali Inst. h. s. l. 7. §. quod si tamen ff. de A. R. D. l. 1. §. simili modo. ff. de flum. Don. lib. 4. c. 28. Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 5. lit. G. Fomann. disp. ad Inst. 9. th. 13. (b) Dn. D. Bocer, cl. 5. disp. 5. th. 8.

## L X X X V I I I.

Ratio huius adjectionis & acquisitionis est, quod cum flumen sese dilatando & paulatim latiore alveum faciendo damnum inferat vicinis prædijs, per quandam compensationis rationem, agrum vel locum à flumine relictum vicinis prædijs cedere æquum est. (a) Altera ratio est, quia alveus exsiccatus jam olim eorum prædiorum pars fuisse etiam tunc, cum alveus adhuc teneretur à flumine, nisi vis fluminis obstaret. (b)

Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 5. lit. G. (b) l. ergo. §. 1. ff. de A. R. D. Donell. 4. c. 28. Fomann. d. disp. 9. th. 19. Non igitur impedit, quod alveus fluminis publici publicus est. l. 1. §. simili modo, ff. de flum. Fomann. in ex. d. disp. 9. lit. C.

## L X X X I X.

De novo alveo quem quidem tenuit flumen, sed rursus deseruit & ad priorem aut aliò cursum suum flexit, quæritur cui adquiratur? Et quamvis stricta ratione eorum esse videatur, qui propè ripam prædia possident, (a) jure tamen benigniore & æquitare moti, non attento contrarium foventiũ agmine, domino priori restituendũ arbitramur. (b)

a) §. 23.

a) § 23. *vers. quod si post aliquot Inst. h. t. l. 23. & seqq. in pr. vers.* nam si alveo, ibi neque in pristinum statum restitui posse, *ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Ratio est: quia mutata forma rei substantia interire dicitur, *l. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 6. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. (b) adeo 7. in fin. ibi*, sed vix est, ut id obtineat, *ibi q<sub>2</sub> gloss. ff. de A. R. D. Bocer cl. 5. disp. 5. th. 9. Bronch. cent. 2. miscell. controuv. ass 40. Anton. Matthaus in Colleg. Instit. disp. 5. th. 19.* Huc pertinet illud, quod proverbii specie usurpatum fuit à veteribus flumina censitorum vice fungi ut ex privato in publicum addicant, & contra ex publico in privatum, *l. ergo 39. §. alluvio, ff. de A. R. D.*

## X C.

Sin autem flumen minutatim & paulatim recesserit, & alluvione in antiquum locum redierit, tunc jure alluvionis eius fiet novus ille alveus, qui propè ripam eius prædium possidet. (a)

a) *l. 38. ff. de A. R. D. & l. 30. §. 3. ff. eod. Dominus D. Bocer. clas. 5. disp. 5. thes. 9.* Igitur absque ratione omittere videtur inter se. *Hotom. 6. obs. 1. Justin. in sapius alleg. § 23. Caium in l. 7. §. 5. ff. h. t. Alfenum in d. l. 38. h. t. cum Pomponio in l. 30. §. 3. ff. eod. v. omnino Bachov in not. ad Trentl. disp. 20. vol. poster. th. 5. lit. G. p. 215. Hillig. in Don enuc. lib. 4. c. 28.*

## X C I.

Cæterum fluminis impetu ager inundatus, cum aqua recesserit, eius neutiquam esse desinit, cuius & antè fuit: Quia inundatio fundi spem non mutat, multò minus ergò dominium. (a)

a) §. *alia sanè ea. Inst. h. t. l. 7. §. aliud sanè & l. 30. §. 3. vers. itaq<sub>3</sub> ager. Dn. D. Bocer cl. 5. disp. 5. th. 10. Dn. Rümelin exerc. Iustin. §. th. 6. Trentl. vol. 2. disp. 20. th. 5. lit. G. ibi q<sub>3</sub> Bachov.* ad verba flumine, &c. Ex quo apparet, hoc inundationis jus valde differre à jure alvei, *Dn. D. Harp. ad §. 24. Inst. h. t. n. 6. & 7.* Neq; impugnat hanc nostram *t. l. si ager 23. ff. quemad. ususfr. amitt.*

## X C I I.

De Insula in flumine publico nata disceptatur, An ea domino fluminis, vel principi, anè verò vicinis & adjacentiù prædiorum

prædiorum Dominis privatis, accedat? Posterius amplectimur. (a)

a) *per §. Insula, Inst. h. t. l. 7. §. 3. l. 56. §. 1. ff. de A. R. D. l. 1. §. 9. ff. de flum. Donell. 4. c. 29. Arum. exerc. Inst. 4. th. 14. Dn. Harp. ad §. 22. n. 7. Inst. de R. D. Forster. disp. Instit. 6. th. 18. v. quog. Hilliger in Don. en. lib. 4. c. 29. lit. B.*

## X C I I I.

Hucusq; ergò de Accessione quæ ortum à natura trahit, dixisse sufficiat, nunc in id incumbemus ut quoque industrialis accessionis species, quæ ex hominis factò nasci dicuntur (a) proponamus.

a) *Don. lib. 4. c. 30. Fomann. disp. Instit. 9. th. 14.*

## X C I V.

Inter has verò primo loco ponemus specificationem, seu nova species ex aliena materia formatione sive cõfectione (a)

a) *§. cum ex aliena Inst. h. t. ubi quoque exempla obvia sunt. l. 7. §. cum quis 7. & l. 24. cum seqq. ff. de A. R. D. l. 6. ff. de R. V. Schneidv. ad d. §. cum ex alien.*

## X C V.

Hinc excutienda venit ista quæstio, an species ex aliena materia facta, fiat specificantis? Et respondemus affirmative I. si eam suo nomine fecerit, si verò alieno fecerit eius erit, cuius nomine istam speciem fecit: (a) II. Si species ad priorem & rudem materiam non possit reduci. (b) III. Si bona f. fecerit, quod non additur quidem §. 7. & d. §. 25. colligitur tamen ex verbis, suo nomine. Nam sciens malà fide de aliena materia quid faciens, non fit eius Dominus, sed speciem facit illius Domini, (c) & videtur Domino materiam illius operam suam donare. (d)

a) *l. 25. & l. 27. §. ubi simul. ff. de A. R. D. (b) l. adeo 7. §. 7. ff. d. t. §. 25. vers. & post multam, Inst. h. t. Dn. D. Boccr. clas. §. disp. §. th. 50. Ratio est, quia pars potior ac dominans, trahit ad se minorem. Hoc autem in casu forma est potentior materia, quoniam materia à forma ita victa & superata est, ut redigi ad sua initia non possit, l. 78. §. illud 4. ff. de leg. 3. & l. Seia 6. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. sic vinum & mel intereunt in mulso faciendo: herbæ in collyrio, &c. Vngep. exerc. Inst. §. th. 8. v. quog. Haenon. controvers. ad instit. disp. 4. quæst. 10. (c)*

*l. 12. §. 2. ff. ad exhibend. (d) arg. l. cuius per errorem §. ff. de R. l. Don. lib. 4. c. 12. Schneidov. ad §. cum ex aliena Inst. h. t. n. §. vide Nobiliff. D. D. Harp. ad eund. §. n. 8 & seqq.*

## X C V I.

Si verò species ad materiam reduci potest, aliter decidimus. Tum enim apparet, nondictam esse materiam, sed vicisse ac potentio rem fuisse, quippe quæ non interijt, sed in sua natura permansit, sublataq; forma confestim eadem ipsa quæ antea fuerat, apparet, (a) Si tamen b. f. quis fecerit, impensas & operæ æstimatione consequitur ex ceptiõe doli. (b)

a) *l. quæsum est 78. §. 4. ff. de leg. 3. Hoc om. ad d. §. cum ex alien Dissent. Connan. lib. 3. Comm. c. 6. n. 2. & 3. & eius sequax Ant. Matth. in not. ad. d. §. cum ex aliena vide Alber. Gen. til. lib. 4. lect. & Epist. c. 26. (b) l. 23. §. 4. ff. de R. V. Don. lib. 4. c. 12. Nec quicquam negotij heic faciunt l. 49. §. si quis ff. ad exhib. l. nam hoc natura ff. de cond. et. in deb. l. Minicius 61. ff. de R. V. Ad quarum contrarietatem quam alere videntur, in discurfu præ virili responsurus sum.*

## X C V I I.

Ubi tamen notandum quod alienis spicis excussum frumentum eius fiat, cuius & spicæ fuerunt, quia spicas excutiens non novam speciem facit, sed eam quæ cortice occultata est, tantum deregit (a) Idem de vino ex alienis uvis expresso dici poterit, (b) Idem quoq; de lana, purpura tincta. (c)

a) *l. l. d. h. e. 7. §. 7. vers. vidend. ff. de A. R. D. Nec abstat text. in §. cum ex aliena, vers. ut ecce: Ampliff. Dn. D. Boccr. c. 5. disp. 5. th. §. 3. Pacius cent. 6. quæst. 89. (b) l. 12. §. si. quis ex uviv. ff. ad exhib. (c) l. 26. §. ult. ff. de A. R. D. Trent. vol. 2. disp. 20. th. 8.*

## X C V I I I.

Specificationi affinis est Confusio & Commixtio, Confusio est, quando diversorum Dominorum materiz ejusdem vel diversi generis confunduntur, aut ex eis certa species facta est. (a)

a) *§. si duor. 28. Inst. h. t. Schneidov. in comm. ad d. §.*

## X C I X.

Accidit autem hæc confusio vel voluntate utriusque Domini, & corpus sit commune, (a) propter voluntatem scilicet & consentum Dominorum, qui rarus esse debet, (b)

Aut factō alterutrius tantū vel etiam casū: & hic in cōmixtionē ita jus est, ut nulla inducatur communiō, sed cuique vindicatio corporum quæ ipsius fuerunt, detur, (c) habita tamen bonitatis ratione: (d) In Confusione autem ita receptum est, quod aut materiæ deduci possunt, & corpus commune non fit, sed cuique corporis sui vindicatio datur, (e) aut deduci non possunt, verbi gratia si ex tuo & meo auro, & tuo xre & meo argento fiat massa, &c. Quæ dicitur confusio in specie. Et hic utcunque casū vel alterutrius factō tantū confusio facta sit, ipsa natura rerum inducit communiōnem, (f) ideoque non singula corpora quæ antè fuerunt, per Rei vind. sed partes pro indivisō iudicio communi dividundo petendæ sunt. (g)

a) *l. idem Pompon. §. in pr. ff. de R. V. (b) arg. l. 25. ff. de A. R. D. & arg. §. per traditionem. Inst. h. t. (c) Ratio est, quia non est hic perfecta confusio, cum singula corpora in sua substantia durent & proinde separari possunt, neque obstat. l. 78. ff. de sol. vid. Rittersh. in comm. ad §. si duor. vers. quod si frument. Inst. h. t. Fomann. disp. Iustin. 9. th. 14. lit. D. (d) §. 29. in fin. Inst. h. t. in n. l. 75. §. 2. ff. de V. O. Plures differentias inter confusionem & cōmixtionem vid. ap. Schneiduv. in comm. ad §. quod si frument. n. 2. & alios. (e) l. §. 5. 1. vers. sed si plumbum. ff. de R. V. l. lacus §. ult. ff. de A. R. D. ibique Gotthofr. (f) rationem suggerit Dn. D. Harp. ad d. §. 27. n. 3. (g) arg. d. l. §. in pr. ff. de R. V. VVesemb. in Parat. ff. de A. R. D. n. 9. Amplif. Dn. Bocér cl. §. disp. §. th. 44. Bachov. in not. ad Trentl. vol. 2. disp. 20. th. 8. Schneiduv. ad §. si duor.*

## C.

Confusionem & commixtionem excipit conjunctio, medio inter superiores modo se habens, quando res, diserta manente ipsarum substantia, ita inter se applicantur, ut cohzreant. (a)

a) *don. lib. 4. comm. c. 32. Fom. disp. 9. th. 16.*

## C I.

Conjungitur autem res aliena vel solo, vel alij rei, solo, vel in ædificatione, vel plantatione sive satione. (a)

a) *Amplif. Dn. Bocér cl. §. disp. §. th. 1.*

Si quis

## C II.

Si quis igitur in suo solo ex alienâ materiâ aliquod ædificium extruxerit, ipse ædificij Dominus fiet: quia omne quod solo in ædificatur, id est, superficies solo tanquam fundamento cedit. (a)

a) *S. cum in suo solo, Inst. h. t. l. adeo, 7. §. cum in suo, ff. de A. R. D. l. 50. ff. ad L. Aquil. l. 2. C. de R. V. l. 5. C. de adif. privat. Ratio Regulæ est, quia nimirum accessio cedit principali, & pars toti, id quod naturalis ratio postulat, l. 98. in fin. ff. de scilicet. l. 2. ff. de superficiebus, Dn. D. Bocer, cl. 5. disp. 5. tb. 2. Nisi tamen ædificium sit mobile quod extructum est, l. 0. ff. de A. R. D. Eiusmodi mobilia horrea in usu esse apud Helvetios & Polonos refert, Giphon. ad d. l. 6.*

## C III.

Incidit hic quæstio, an actio de tigno, etiam contra bo. si ædificatorem in duplum detur; nos cum affirmantibus pronunciamus a).

a) Ratio est; quia quamvis furti bo. si ædificator non teneatur, rem tamen furtivam junxit, nec satis diligens fuit in investigando rei qualitatem ideoq; merito eius negligentia punitur, l. 23. §. pen. & ult. ff. de R. V. l. gemma in fin. ff. ad exhib. Elias Rober, disp. 7. coron. 1. Non officit, l. bona fides, ff. de R. l. Bronch. cent. 4. ab. 76. Hunn. var. Resol. libr. 2. tr. 1. q. 19.

## C I V.

Uterius quæritur, an liberum sit ei, qui ex aliena materia in suo solo ædificavit, ad actionem de tigno iuncto in duplum a. vitandam, ædibus suis tignum alienum eximere, eiusq; domino illud reddere quod pariter asserimus. (a)

a) *arg. l. 7. §. cum in suo, ibi, eximere cogatur, ff. d. t. Don. libr. 4. c. 33. Rümelin, Exerc. 5. tb. 7. lit. C.*

## C V.

Plantatione quoq; rerum acquiritur dominium. Planta siquidem sive arbor aliena in solo meo plantata, mea est: itemq; si quis plantam suam in solo alieno plantasset, planta eius est, cuius est solum utiq; si radices egerit. (a)

a) *l. si Titius alienam, 1. Inst. h. t. l. 9. §. 2. ff. de damn. inf. Vult. libr. 1. l. R. c. 70. n. 43.*

E 2

Item



## C V I.

Item satione, ut enim plantæ, quæ terræ coaluerunt, ita frumenta in alieno sata solo cedunt. (a)

a) §. qua ratione, 32. *Inst. h. t. d. l. 9. l. 25. in pr. & §. 1. ff. de V. s.*

## C V I I.

Hucq; referimus picturam & Scripturam. Etenim litteræ licet aureæ sint, atq; adeo multò ipsa charta preciosiores, chartæ tamen membranæve cedunt. (a)

a) §. 3. *Inst. h. t. l. 23. §. 3. ff. de R. V. Gædd. ad l. 24. de V. S.*

## C V I I I.

Huic classi adscribimus quoq; bo. fi. possessionem sive fructuû perceptione, qua fructus bo. fi. possessor suos facit. (a)

a) *Dn. D. Harppr. ad §. 35. Inst. h. t. n. 1.*

## C F X.

Facit autem bo. fi. possessor fructus omnes perceptos & separatos suos, adeoq; nullos, sive naturales sint, sive industriales domino rei restituere tenetur. (a)

a) l. 48. ff. de A. R. D. l. qui scit, 25. §. 1. v. porro. & l. 28. ff. de V. s. l. 136. ff. de R. l. P. incl. ad leg. 1. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 4. num. 54. & seqq.

## C X.

Difficilis hîc oritur quæstio, utrum videlicet consumptos tantum fructus, an verò etiam extantes adhuc bo. fi. possessor lucretur? nos fructus consumptos solummodo illum lucrari, extantes autem restituere teneri, asserimus. (a)

a) l. 4. §. post litem, ff. fin. regund. l. 40. in fin. ff. de A. R. D. l. 4. §. 19. ff. de V. s. par. & V. s. cap. §. 35. ibiq; Gilkenius, c. 7. n. 59. *Inst. h. t. Fachinians, libr. 1. Controv. cap. 57. Dis. Don. in tractat. de fructib. cap. 4.*

## C X I.

Solet & hæc moveri controversia, æquid bo. fi. possessor fructus consumptos, sive earum æstimationem tum restituere cogatur, quando ex consumptione eorum factus est locupletior? & illum ne hoc quidem casu fructuum consumptorû æstimationem compelli restituere defendemus. (a)

a) arg. d. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. d. l. 4. §. 19. ff. de V. s. cap. Fach. libr. 1. Controvers. cap. 58. ubi plures allegat.

Porro haut

## CXII.

Porro hæc postremus Dominium acquirendi modus est Thesauri inventio. Est autem Thesaurus quædam vetus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut jam dominium non habeat (a) unde si quis metus, lucri, vel custodiæ causa pecuniam absconderit, propriè non est thesaurus, nec fit inventoris sed manet deponentis. (b)

a) *l. nunquam 31. ff. de A. R. D. l. an. C. de thesaur. lib. 10. Arniseus de iur. Masc. c. 6. n. 21. & 22. Insignis l. Crux Dn. D. Bocor de Regal. c. 3. n. 177. & claus. §. diff. 3. th. 4. (b) d. l. nunquam §. 1. in fin. & l. peregrè 44. ff. de acquir. poss. & l. a tutore 67. ff. ad exhib. Schneidov. ad. d. §. thesaur. n. 3.*

## CXIII.

Si vero constet de domino, qui pecuniam suam defodit, tantum abest ut pro thesauro habeatur ut furti actio adversus inventorem eius, pecuniæ nomine petere possit, (a) Qui enim ante Dominus fuit, Dominus manet & adhuc est, (b) quantum verò ad vetustatem attinet, quæ in thesauro requiritur, videtur ob stare l. thesaurus 15. ff. ad exhibend. Resp. Dn. Sixtinus quem vide. (c)

a) *per d. l. 31. §. 1. in fin. ff. ad exhibend. l. 3. §. Nerva. & l. 44. in pr. ff. de Acquir. possess.* Quod Euclio apud Plautum in Aulul. defodit non est propriè thesaurus, de quo hic agimus, ideoque servus eum surripieus furtum fecit (b) textus & casus elegans est in dicta lege à tutore 67. ff. de R. R. (c) *tr. de Regal. lib. 2. c. ult. n. 4.*

## CXIV.

Aliàs in genere Thesaurus significat acervum vel cumulum seu copiam quarumlibet rerum etiam malarum, ut apud Euripid. *Ἰσοπέδης κερών* (a) hinc thesaurus stupri & abolitæ fraudis (b) sic thesaurus iræ apud B. Paulum (c)

a) *vid. Ritorh. ad oppianum. pag. 344. (b) Apud Plaur. in Amphitr. SC. quis tam vers. 13. & in Asinar. act. 2. sc. 2. vers. 1. vid. quoz. Carcul. act. §. SC. 2. vers. 76. & apud. Apulei. passim. (c) Rom. 2. vers. §.*

## CXV.

Et differt hic modus ab eo qui sup. thes. 78. traditus est, quia ibi agitur de acquisitione per occupationem earum

rerum quæ inveniuntur in littore maris supra terram, & nunquam fuerunt in dominio alicuius: hic autem de acquisitione per inventionem in omni loco & earum rerum, quæ fuerunt antea in alicuius dominio, & sub terra. (a)

a) *Schneiduv. ad sapius alleg. §. thesaur. post Nicasius, Ratio huius modi naturalis est: nam cum thesaurus nullum dominium habeat, adeoq; nullius esse intelligatur: merito occupanti cedit, per §. fera Inst. h. t. & l. 3. in pr. ff. de A. R. D. Consultib. D. D. Harp. ad d. §. thesaur. n. 2.*

## CXVI.

Circa Inventionem thesauri sic distinguendum, ut invenit aliquis thesaurum vel in suo fundo aut alio loco proprio, eaque inventio sive fiat fortuito sive data opera, modo non adhibeantur magicæ artes vel ut Imperatores loquuntur scelerata & punienda sacrificia (a) thesaurum ex asse inventori comparat. (b) Ratio est, quia Dei beneficium & Fortunæ donum ut appellatur thesaurus. (c) nemini sit eripiendum quod olim fiebat & fisco applicabatur, nisi quis facultatem retinendi impetrasset à principe (d)

a) *l. un. in pr. iunct. gloss. in verbo arte C. de thes. lib. 10. Dn. D. Bocer, cl. 5. disp. 3. th. 43. (b) per §. 39. Inst. h. t. & alleg. l. un. C. de thes. Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 2. lit. G. (c) ut in l. 63. §. 1. ff. de A. R. D. & in l. un. C. d. t. (d) ut videre licet ex d. l. un. & l. 1. cum. 2. seqq. C. de thes.*

## CXVII.

Vel in loco alieno privati alicuius hominis, & subdistinguiamus, ut si fortuito invenjatur dividendus sit inter dominum & inventorem, si verò data opera totus cedat Domino (a) Idque etiam ita se habet in mercenario thesaurum inveniente, ut nimirum eius sit dimidia pars, (b) nisi specialiter ad fodendum thesaurum conductus sit (c)

a) *per d. §. thesaur. & d. l. un. vers. quod si nobis, & l. 7. §. 11. ff. solut. matr. (b) modo d. l. un. vers. quod si forte vel arando, (c) gloss. in §. thesaur. 39. verb. in suo vers. quid si mercen. 2 & ibid. Angel. Aretin. n. 3. Schneiduv. n. 8. Frider. Scot. resp. 5. n. 22. tom. 1. lib. 6. ubi addit ita omnes tenere Sixsin. de Regal. lib. 2. c. 11. n. 23.*

Aut quæ

## CXVIII.

Aut quis invenit thesaurum in loco publico, fiscali, Cæsaris, Univerſitatis vel Civitatis: Et aut data ad hoc opera reperit theſaurū: & inventori nihil acquiritur, ſeu totus efficitur ipſius Cæsaris, fiſci, &c. (a) Aut caſu fortuito, & tunc dimidia pars fit inventoris altera fiſci, (b) Qui autem in loco fiſci theſaurum invenerit, & parte ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit, totum cum altero tanto ſolvere cogitur. (c)

a) *tit. 16. 2. Feud. & d. l. un. C. d. t.* Quia non licet in alieno quærere theſaurum, *Bachov. ad Treutl. vol poſter. p. 189.* In alieno enim data opera inveniens reddere jubetur domino locor. *d. l. un. C. h. t.* ubi ratio, ut præcidatur occaſio aliena eſodiendi & violandi. *Don. lib. 4. c. 14. ibiq. Heſiger lit. D. (b) d. 5. 39 verſ. cui conveniens. ubi Cuiac. in not. d. t. 56. in fin. quæ ſint Regal. 2. F. Don. d. lib. 4. c. 14. Farinac. quaſt. 104. n. d. (c) l. 3. §. ult. ff. de iur. fiſci. Nobiliſſ. Dn. Bocer, cl. 5. diſp. 3. theſ. 45. Schneiduv. ad d. 5. 39. n. 9.*

## CXIX.

Illud quoq; tenendum hodie theſaurum referri inter Regalia (a) Rationes huius ſuppeditat Dn. Bachov. b)

a) *in c. un. t. 2. F. Vult. de Feud. l. cap. 5. n. 7. Nobiliſſ. Dn. Praſes diſp. polit. 5. cl. 1. th. 41. (b) In not. ad Treutl. vol. poſter. diſp. 10 p. 190.*

## CXX.

Et quamvis iure Saxonico theſaurus omnis ſubterraneus profundius meatu aratri jacens ad regalia pertinere dicitur (a) attamen cum iniquum videbatur, interpp. & gloſs ut ad juris æqualitatem hunc textum reducerent eum interpretati ſunt vel de theſauris magica arte erutis, vel inventis in locis publicis, vel Imperatoris ubi diſpoſitio juris communis merito attendenda, vel de fodinis metallicis quæ & ipſæ ſunt theſauri ſubterranei hocq; Elector ipſe facit Auguſtin. (b)

a) *Landrecht lib. 1. art. 35. ibi. 1. Daß alle Schån die vnter der Erden begraben / tieffer dann der Pflug gehet / gehörent zur Königl. Gewalt. (b) In nov. conſtit. tit. 52 part. 2. in verbis: Bevor welt der Text in den Worten von allen Schånen ſo vnter*

Unter der Erden / ic. Nicht von den *thesauris reconditis*, sondern  
 dem Bergwerk und Erze zu verstehen / ic. *Petr. Heig. lib. 1. quest. 13*  
*p. 65. Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 2. tit. G. disp. ibi Bachov. Schneid.*  
*n. 9. in fin. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. ult. n. 2. Ca. pr. ov. apud Ar.*  
*vol. 3. disp. 15. th. 88. Medium ergo thesauri determinavit*  
*Imp. Frider. in hoc capit. un. Divos Fratres in l. 3. b. pen.*  
*ff. de iur. fisci secutus.*

## CXXI.

De thesauro in loco Religioso vel Sacro invento  
 quaeritur cui adquiratur? Et privato inventori totum  
 adjudicamus, per §. thesaur., Infitiation. h. t. quamvis enim  
 nullius in dominio sint res sacrae & religiose, §. nullius 7.  
 in fitiat. eo, tamen nihilominus eum locum sacrum & reli-  
 giosum recte suum appellant veteres, in quo jus haberent,  
 privatim quid numinis colendi, & mortuos suos condendi  
 cum jure, quo id aliis prohibere possent ne in eo idem faciunt  
 §. religiosum 9. Graviter a. hic enodanda venit aenigmata  
 quam parit, d. §. thesaur. in fitiation. h. t. l. non intelligitur, 3.  
 §. 10. ff. de iur. fisci, v. varis respondentes, gloss. in d. §. 10. Faber  
 num. 4. Schneidov. n. 9. Duar. ad tit. ff. de A. R. D. c. 4. Don. lib.  
 4. c. 14. ibiq. Hilliger. lit. F. Alciat. libr. 7. parerg. cap. 1. Bronch.  
 cent. 2. q. 60. Paul. Berens. disput. 3. them. 2. quest. 5. Bachov. in  
 10. ad Treutl. vol. poster. disp. 20. 189. & 190. Hunn. var. Regal.  
 libr. 2. tract. 1. quest. 35. Vngew. exerc. 5. quest. 13. Foman. disp. 9.  
 th. 3. Clar. Dn. Ritter. ib. in comm. ad alleg. 5. thesauros, pag. 176.  
 sibi in tanta doctissimorum Hominum dissensionem. l. inge-  
 nuè falerur.

## CXXII.

Quæri potest, si quis fundum alienum, in quo thesau-  
 rum reconditum scivit, ab ignorante emerit, num emtoris  
 sit iste thesaurus? & quamvis negativa sententia non impro-  
 babiliter ex jure nostro defendi possit, (a) affirmativam ta-  
 men æquiores esse putamus, adeoq; emptorem ad dimidi-  
 am thesauri illius partem venditori præstaudam adigi debe-  
 re censemus. (b)

a) Tum quod emtor thesaurum in suo invenerit, tum  
 quod venditor non videatur fraudatus, si quidem thesaurus  
 sub

sub terrâ adhuc latens, nec in dominio, nec in possessione eius fuerit, *Berlich. part. 2. conclus. pradinab. 66. n. 5. & ab earevelatus, Dn. D. Praeceptor Harppr. 175. 39. ins. h. t. n. 10. (b)* Equitas enim requirit, ut inter bonos bene & sine fraudatione agatur, nec quisquam ex callido suo facto lucrum reportet, *Connan. 3. Comment. 4. n. 4.* ubi dicit, quod in disceptatione forensi ita iudicare vellet, si hæc controversia incidere, *Dn. D. Râmelin. p. m. in exerc. inst. 5. th. pen. lit. B. Vngar. 170. 5. quæst. 13. Hilliger. in Dn. rñnc. libr. 4. c. 14. lit. C.*

## CXXIII.

Quid verò si in fundo fructuario, item emphyteutico & feudali thesaurus inventus sit? nos eum inter inventorem & dominum fundi dividendum esse arbitratur. (a)

a) *per sapius alleg. 5. 39. ubi expressè dicitur, quod dimidium Domino soli concedatur, Henr. disp. ad inst. 4. controv. 24. Gothofr. ad l. 2. C. de iur. Emphyt. Gilsen. in prelu. ad lit. 5. 39. n. 29. Dn. Harppr. ibid. n. 18. & seqq. Paul. Borens, disp. 3. membr. 2. quæst. 6. Dn. D. Bocar, cl. 5. disp. 25. th. 6. Hunr. in resolut. ad Tremil. vol. post. quæst. 16. p. 395. Daniel Otto, de iur. publ. c. 11. p. (mibi) 145. Dissert. Niell. disp. Feud. 11. n. 6. ha. F. & alii quos allegat, & refert. ampl. Dn. Bocar, de reg. c. 3. n. 181.*

## CXXIV.

Ultimus iure naturali dominium acquirendi modus est Traditio, per quam cuiusvis rei corporalis alienatio commodè fieri potest (a)

a) *l. 9. §. 2. ff. de A. R. D. Reitam vendite, quamvis tradita, dominium dum demum transfertur, si emtor venditori, satisfecerit. venditio l. 1. h. t. Requisita essentialia traditionis vide apud Interpp. passim, in controv. 175. 40. Insistunt, hoc titulo*

## CXXV.

Proposenda hic quaestio, si in corpore quidem consentiant tradens & accipiens, in causis verò dissentiant, quid statuendum? Equidem ex æquitate putamus dominium transferri (a) secus si ius strictum intueamur. (b) Cum propter dissensum reverà nulla hic interveniat causa, & idcirco nec Dominium transferri queat (c)

F a) l. 36. ff.

## 42 Discept. Iur. de Rer. Div.

a) l. 36. ff. de A. R. D. (b) l. 18. ff. de rebus credit. (c) l. nunquam 31. ff. de A. R. D. Rümelin. Exerc. Inst. § th. ult. lit. A vid Bachov. in not. ad Tr. vol. poster. th. 4. lit. E.

### CXXVI.

Est autem traditio duplex, vera vel quasi, sive ficta vel imaginaria. (a)

a) l. 6. ff. de Donat. Cuiac. 4. obs. c. 3. Dn. D. Bocer, cl. 5. disputat. 7. thes. 26.

### CXXVII.

Vera & propria traditio est, cum res mobilis de manu in manum datur: vel quis in rei immobilis possessionem inducitur. (a)

a) Theophil. & Mynsing. ad §. 40. Philip. Matth. ad l. 11. num. 15. ff. de Reg. Iur.

### CXXVIII.

Imaginaria seu ficta traditio fit vel in personam certam vel in personam incertam (a) Quae in certam personam fit, varijs expeditur modis, tam ex parte tradentis, quam accipientis. (b)

a) arg. §. 46. Inst. h. t. (b) Dn. D. Harp. ad §. 44. n. 20 & seqq. Instit. eo.

### CXXIX.

Ficta traditio, quae in personam fit incertam, expeditur per iactum missilium in vulgus. (a) Itemque per rem pro derelicto habitam, (b)

a) §. 46. Inst. h. t. l. 9. §. 7. ff. de A. R. D. (b) §. 47. Inst. eod.

### CXXX.

Ultimò an pro de relicto putandum sit, quod in mari ex nave (eius levandae gratia) eijcitur, disquiritur? Nos simpliciter negamus. (a)

a) per §. alia sanè 48. Inst. h. t. l. 3. §. fin. & l. 8. ff. ad l. Rhodiani de iact. Arum, Exercit. Iustit. 4. th. 22.

o. f. A. 143 ff. §. 2. f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

# F I N I S.

dit. (t)  
/lit. d

ta vel

er, cl, s,

manu  
e min-

d l, u,

ertam  
m fit,  
acci-

n. la

ficur  
a pro

cod

i ex  
im-

dlb



